

1292.

[72]

Der Ritter Adolf von Doringhof verzichtet auf den Hof Wellbergen.

Nos Adulphus miles de Dorinchove omnibus praeSENTIA vituris notum esse
eupimus et recognoscendo protestamur, quod nos et Parmenel uxor nostra,
Joannes et Godefridus nostri liberi et cohaeredes resignavimus pure et plane
curiam in Welleberch cum omnibus suis attinentiis et hominibus ad eam per-
tinentibus in praesentia reverendi patris domini Everhardi, Monasteriensis
episcopi, ac aliorum plurimorum fide dignorum ab eis penitus in perpetuum
recedentes. Praeterea recognoscimus, quod Gertrudis, quondam villica dictae
curtis, et sui liberi nobis adhuc attinentes resignaverunt, quidquid iuris in
praefata curte videbantur habere. Ut autem haec rata et firma permaneant,
praesentem litteram praeposito et conventui ecclesiae Varlariensis tradidimus
sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Domini M^{CC} nonagesimo
secundo.

Kopie im Varlarer Kopiar S. 218.

126